

In Nōmine JESU!

THESES MISCELLANEÆ,

QVAS,

Consentiente Ampl. Ordine Philosophico;
in illustri ad Auram Academia,
Publico examini modeste submittit

MATTHIAS HALLENIUS,

Sch. Cath. Ab. v. Lector,

Respondente

CHRISTIERNO FELLMAN

Ostrobo n |.

Loco horisqve solitis, ad diem 26.
Aprilis Anni MDCCXXXV.

A B O Æ,

Exc. Joh. Kiämpe. R. Ac. Typ.

I. N. f.

MEMBRUM PRIMUM.

Ib. I.

Philosophia est Theoretico-Practica scientia rerum natura cognoscibilium, experiendo acquisita.

Ib. II.

Causa Philosophiae proxima seu immediata est *recta ratio*: prima autem atque originalis est Deus optimus, maximus.

Ib. III.

Fons acquirendæ notitiae Philosophieæ est liber naturæ; aliquando quoque, sed tantum occasionaliter, Scriptura sacra,

Ib.

Th. IV.

Materia, ex qua Philosophia constat, est verum & bonum, legitime demonstratum.

Th. V.

Forma est certa scientiae humanae modificatio ad normam veri bonique.

Th. VI.

Philosophiae finis ultimus est gloria Dei, proximus autem inquisitio veri, perfectio- nis & demum veræ felicitatis in- dagatio & conservatio.

MEMBRUM SECUNDUM.

Th. I

Etiam si disciplinæ Philosophiae suos certos habeant li- mites,

4
mites, quibus a se invicem, pro
varia ratione concipiendi & tra-
ctandi obiecta, varie separari
possint; maxima tamen inter
illas est convenientia.

Th. II.

Particulari autem ratione,
nobis cohærere videntur
Grammatica, Philologia &
Critica; item Logica, Rhei-
torica & Methaphysica; que
admodum Historia & Poëti-
ca. Theologia rursus natu-
ralis & Pneumatica; nec non
Physica & Mathesis; item Ju-
ris prudentia universalis & E-
thica; & quæ ex illis derivan-
tur demum Politica & Oco-
nomica.

Th.

3

Th. III.

Usus Philosophiae in Theologia, & Theologie in Philosophia, absque limitum confusione, obtineri potest.

MEMBRUM TERTIUM.

Th. I.

Ab illa sententia Philosophorum, quæ nihil absque ratione sufficiente fieri statuit, non temere recedendum esse existimamus.

Th. II.

De illius autem asserti illorum validitate, quod Deus ex multis possibilibus hunc, ceu omnium optimum perfectissimumque elegerit consideritque mundum, tanti sper

isper dubitamus, quoad idonea
argumenta, cur sapientissimus
Universi Auctor tales possibili-
tates, quæ ob defectum ra-
tionis sufficientis actu existere
nequeunt, sibi in suo repræ-
sentaret intellectu, demon-
strata fuerint.

MEMBRUM QUARTUM.

Tb. I.

Monadologia Neoterico-
rum ingenii luxuriantis
molimine majore, quam veri,
adornata est

Tb. II.

Inter substantiam immateri-
alem sive spiritualem, &
materialem sive corpoream,
non datur media.

Tb.

Th. III.

Ex immaterialibus, quæque omnibus carent partibus, nulla potest oriri extensio: quod enim augetur, partes longitudinis, latitudinis & profunditatis capaces ponit.

Th. IV.

Extentio alia atque alia ex multarum partium unione exsurgit.

Th. V.

Unio illa non a partibus ipsis, quippe quæ inertes & nullius actionis compotes sunt, sed ab agente externo facta est.

Th. VI.

Nullæ naturales extensorum qualitates aliunde, quam

8
quam ex suis, quibus com-
ponuntur, partibus primige-
neis, resultare possunt.

Ib. VII.

Extensum, cujus partes a
deo unitæ sunt, ut ex-
sistentiam intermedii penitus
excludant, vocari solet con-
tinuum.

Ib. VIII.

An aliquod continuum,
quod omnibus careat
interstitalis, detur, dubitari
potest.

Ib. IX.

Omne, de quo nobis ser-
mo est, continuum est
impenetrabile, divisibile &
mobile.

Ib.

Th. X.

Impenetrabilitas in causa est,
cur duo corpora, licet
sint mollissima, simul & se-
mel unum eundemque locum
occupare nequeant.

Th. XI.

Divisibilitas efficit, ut con-
tinui partes possibles fi-
eri queant actuales.

Th. XII.

Ex mobilitate, sive facultate
recipiendi & propagandi
motum, fluit, ut unum quod-
que corpus omnes naturæ a-
ctiones, sibi destinatas, ede-
re, innumerisque mutationes
subire possit.

Th. XIII.

Quanta efficacia requiritur,
ut corpus quiescens mo-

yeatur; tanta quoque opus
est, ut corpus semel motum
quiescat.

Th. XIV.

Qui spiritibus omnem acti-
vitatem corpora moven-
di adimunt, illos veritati a-
perte contradicere autuma-
mus.

IX. AP

Th. XV.

Qui mentem humanam,
sine ullo organorum sen-
tientium subsidio, ideas de
objectis quibuscumque exter-
nis ~~no~~ ex se evolvere, omnes-
que & singulas, quas actu ha-
bet cogitationes, secundum
infallibilem caussarum & effe-
ctuum ~~ad~~seriem p^raeordinatam,

-89-

8

ha-

habere asseverant, tantum ab-
est, ut aliquas in explican-
dis phænomenis obvenientes
difficultates demant, ut potius
activitatem determinationem-
que animæ liberam, nec non
actionum humanarum impu-
tativitatem & moralitatem
tollere satagant.

Ib. XVI.

Dem faciunt statuendo u-
numquodque corpus huma-
num non a sua moveri posse
anima, sed vi quadam mo-
trice instruatum mechanice,
secundum seriem rerum præ-
stabilitam, tales producere o-
perationes, quæ cogitationi-
bus mentis ex asse responde-
ant, licet sua carceret anima:
id-

idque adeo, ut impossibile dicant esse aliquid aliter posse in hoc contingere mundo, quam actu evenit.

Ib. XVII.

MElia autem sibi religiosique consulunt, qui vi arctissimæ unionis, quæ inter corpus & animam intercedit, benedictionisque divinæ, mutuam actionum & passionum animæ & corporis dependentiam esse statuant; nec impossibile esse credant homines, si vellent, melius in hoc mundo sapere atque vivere posse, quam vulgo sapiunt & vivunt,

SOLI DEO GLORIA!